

1107, enero, 18. Aurovellito dona al monasterio de Sahagun y a su abad Diego dos divisas en Riaño, en la Puerta, y lo que le pertenecía entre sus coherederos en Villaverde, junto al río Esla. Añade, además, su herencia y lo que le correspondía en Los Pelagos de la Foz, cerca de Anciles, así como una aranzada de viña en Lagartos y media aranzada de viña en el pago de Cambiella y en Casiella. Dona también media aranzada de viña en Moratinos, una cuarta de viña en Pratellion y una carral en Lagartos. recibió en confirmación de la carta un manto y una "pelle conellina et una kappa et unas zapatas", y dejó constancia de que debían darle a ella y a su "ancille" pan para todo el año.

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN DOC.  
1150

MARTA HERRERO

(Christus) In Dei ac Domini nostri Ihesu amore et ecclesie sanctorum martirum Facundi atque Primitiui perpetuali honore. Ego Aurovellito do atque concedo prefatis martiribus et uobis domno Diaco abbati ceterisque fratribus qui uobiscum Domino seruiunt, offero de rebus quas a Domino et ex parentum meorum adquisiui, pro remedio anime mee, duas diuisas in Rianno, in Porta, quantum ibidem abeo inter meos coheredes. Adicio etiam uobis in illos Pelagos de la Foz, iuxta Anchilles, mea herentia uel quantum ibidem abeo uel abere debeo inter meos hereditarios, ab integro, cum omnibus extibus suis, terris et uineis, pratis et pasquis, molendinis et fontibus, seu etiam siluis et montibus. Ista uillas superius nominatas cum cessu et regressu eorum sicut in alia carta maiore resonat. Adicio etiam uobis in Lagartos una aranzata de uinea; in pago de Cambiella et in Casiella media arenzata de uinea iuxta Done Adrianiz; et in Pratellion una quarta de uinea; et I karral in Lagartos que habet Uela Galendiz. Omnia sicut superius resonat ab integro uobis comito et non permitto qui uobis ibidem in nullo inquietudinem faciat. Et ad confirmandam cartulam testamenti dedistis michi uno manto et una pelle conellina et una kappa et unas zapatas; et ut deinceps detis michi et ancille mee panem per totum annum.

Si quis uero, quod absit, tam de propinqua quam etiam de extraneis, hanc oblationem uel donationem meam infringere uel uiolare uoluerit sit a Deo et a societate sancte Ecclesie segregatus et cum Iuda Domine proditore eternas penas lugeat in perpetua damnatione; et pro dampna secularia inferat a parte ecclesie quantum in cartula testamenti in duplo uel triplo scriptum resonat et insuper, si non resipuerit et ecclesie Sancti Facundi satisfecerit, D solidos de argento cogatur exsoluere.

Facta cartula testamenti XV kalendas februarii, era T CXLV. Ego Oruellito hoc testamentum a me factum et coram testibus corroboratum conf. (signum). Regnante Adefonso rege in Toledo et in Legione una coniunge sua Helisabet conf. Santius proles Adefonsi regis conf. Garsia Albarez armiger regis conf.

(1ª col.) Bernardus archiepiscopus Toletanus conf.- Petrus Legionensis episcopus conf.- Raimundus Palentinus episcopus conf.- Pelagius Astorizensis

episcopus conf.

(2<sup>a</sup> col.) Raimundus comes Gallecie conf.- Henricus comes Portugalensis conf.- Martinus comes Sancti Iuliani conf.- Michael Adefonso maiorinus conf.

(3<sup>a</sup> col.) Citi testis.- Belliti testis.- Vermudo testis.

Petrus notuit et conf. (signum)

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN TOMO III  
PAG. 523 DOC. 1150 MARTA HERRERO DE LA FUENTE